



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 60. Sigismundi ingressus in urbem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

**Secul. XV.** Viterbii, vel Romæ Papam accederet, &  
**A. C. 1433.** ibidem aut coram Pontifice, aut in mani-  
bus sui Legati solitum, juxta Clement-  
næ Bullæ formulam, præstaret juramen-  
tum, nec tamen aliis, quam suis familia-  
ribus stipatus veniret, neque ullum Ec-  
clesiæ, Pontificis, aut Populi Romani ho-  
stem secum duceret. Sigismundus ha-  
capitula rata habuit, quæ item Synod  
significavit; Patrum enim machinationa-  
sibi obfuturas timebat; hinc obtestabat-  
se, quamvis Eugenio omnem, quam se-  
cundum Deum posset, opem promisisse  
nunquam tamen quicquam in Synod  
præjudicium attentaturum, sed illam sen-  
per omnibus viribus protecturum. Po-  
hæc Sigismundus sese sine mora itine-  
ri accinxit.

## §. LX.

*Sigismundi ingressus in urbem.*

Cum Sigismundus urbi Romanæ appro-  
pinquaret, Papa obviam illi mis-  
quosdam Cardinales, & plurimos Prä-  
tos, ac Proceres Romanos, unacum ma-  
xima parte Cleri, qui omnes ingent  
pompa, ac magnificantia Imperatorem in  
urbem deducebant. Ipse Pontifex ad  
gradus Basilicæ Vaticanæ ejus adven-  
tum præstolans, venientem cum magno  
apparatu excepit, dato pacis osculo. Si-

gismundus

gismundas vero in genua procumbens, Sæcul. XV.  
osculatus est Pontificis pedes.

A.C. 1433.

§. LXI.

*Sigismundi coronatio.*

Die vigesima prima Maji Imperator ma- *Naucler. gr-*  
gnificum prorsus ingressum in urbem *ner. 48 p. 450*  
adornavit: in festo autem Pentecostes  
solemnissimis Cæremoniis coronatum Pon-  
tifex *Imperatorem Augustum* nuncupavit,  
postquam prius de fide Catholica strenue  
defendenda, juribusque ac privilegiis Ro-  
manæ Ecclesiæ tuendis consuetum præ-  
stisset juramentum. Quo facto Sigis-  
mundus Pontifici equitanti de more stra-  
toris officium exhibuit, multosque tum  
Italos, tum Germanos in Equestrem or-  
dinem adscivit. Posthæc Romæ ali-  
quamdiu morabatur, ubi magnis hono-  
rum, ac benevolentiae signis a Summo  
Pontifice cumulatus, Ferrariam, inde Man-  
tuam pervenit, & Joannem Franciscum  
Gonzagam Mantuanæ hujus ditionis Prin-  
cipem Marchionatus dignitate ornavit.

§. LXII.

*Gesta Legatorum Synodalium apud  
Pragenses.*

Deputati a Synodo Pragam missi, cum *Cochlae. His.*  
*ad conditum diem festum Sacrosan-* *Hussit. lib. 7.*

G 2 etæ